Iustinianus <Imperium Byzantinum, Imperator, I.>: Corpus Ivris Civilis Ivstinianei (Band 1): Tomus Hic Primus Digestum Vetus continet

Lyon, 1627 Seite IX

AD

CLARISSIMVM VIRVM

# D. IOAN. FEHIVM IC.

## Corpus Iuris Ciuilis Lugduni Francorum ſumma cum diligentia edentem.

*FErrea iam miſero quùm ſecula conderet Orbi*
*Juppiter, ætatem conficerétque nouam,*
*Alma Themis propero vacuas pede remigat auras,*
*Et ſuperos vento mœſta ferente petit.*
*Hinc apinæ, hinc iuris tricæ, multíque tumultus,*
*Hactenus implicitos qui tenuere viros.*
*Donec ſortem hominum nuper miſeratus iniquam,*
*Juſtitiæ omnipotens omnipotentis Herus,*
*Aſtræámque iterum mortalia viſere ſecla,*
*Et poſtliminio iuſsit obire vices.*
*Ergo iuſſa parans vires inſpirat, & artem*
*Sancta Dea, &* FEHIO *larga miniſtrat opes.*
*Hinc opus hoc, dextro fabrefactum Numine, dignum*
*Quod celebréntque homines, quod celebréntque Dei.*
*Cedite, vos priſci Doctores, vóſque nouelli,*
*Cedite iam, poſthac de tabuláque manus.*
*Hîc latet, hîc operâ conſumtum eſt iugiter vnâ,*
*Quod potuere homines, quod potuere Dei.*

CHRISTOPHORVS ISINCK in Obernderſlach Montanus I.V.D.

AD

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/justinian1627bd1/0009